

*nat Zizania inter triticum: hoc est, viventi-
bus eis secure, spargit falsa dogmata in Ec-
clesiam, & ad varia peccatorum genera in
communi vita eos impellit. Que cum ita
sint, nostrum est, monente Apostolo, orare I. Pet. 5.
& vigilare.*

NARRATIO.

UBicunq; locorum **D E U S** suam ædi-
ficat Ecclesiam, mox & Sacellum
suū ei adjungit Diabolus, dicitur in pro-
verbio: Cujus rei exemplum esse potest
hodiernum Evangelium. In illo enim
Christus Diabolum Zizania tritico inse-
ruisse affirmat. Quapropter, licet ma-
los in Ecclesiā bonis admixtos videa-
mus, non offendamur, nec in verbum di-
vinum, multo minus in **D E U M** ipsum,
sed in **D**iaboli furorem, hominumq; se-
curitatem, culpam transferamus.

Docendi autem causā:

- I. *Ex Christi ore, quomodo Diabolus ho-
minibus dormientibus Zizania medio
tritici superseminaverit, discamus.*
- II. *Quid pijs ministris, hoc est fidelibus
Ecclesie doctoribus, Zizanijs apparen-
tibus, faciendum sit, audiamus.*

Quid